Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



13

Cum esset parvulus loquebar ut parvu
lus sapiebam ut parvulus cogitabam ut
parvulus. Quando autem factus sum vir ma
nsi quæ erant parvuli. Videmus enim nunc
per speculum in ænigmate. tunc autem fa
ciem ad faciem. Nunc cognosco ex parte nunc
autem cognoscam sicut et cognitus sum.
Nunc autem manent fides spes et caritas
tria hæc major autem horum est caritas. Gradualе. Oculi
omnium te deus qui facis mirabilia solus notam fecisti in gen
tibus virtutem tuam ℣. Liberasti in brachio tuo populum
tuum filios israel et joseph. Tractus. Jubilate deo
omnis terra servite domino in lætitia ℣. Introite in conspectu
eius in exultatione ℣. Scitote quoniam dominus ipse est deus
℣. ipse fecit nos et non ipsi nos ℣. Nos autem populus eius
et oves pascuæ eius. Secundum Lucam.
In illo tempore assumpsit jesus duodecim di
scipulos suos secreto et ait illis. Ecce as
cendimus hierosolimam et consummabitur omnia
quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis
Tradetur enim gentibus et illudetur et flagel
labitur et conspuetur. Et postquam flagella
verint occident eum et tertia die resurget. Et
ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum
illud absconditum ab eis et non intelligebant
quæ dicebantur. Factum autem cum
appropinquaret jericho cecus quidam sedebat
secus viam mendicans. et cum audiret